Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



expandisti spiritum Tu animabus vivificandis aquas fecun
das Tu aspirando das spiritales cõ homines Tu divisum
p lignas mundum et rivis adunasti domine Y dolatras ad oleum
dei revocas ingenium optime Ergo vos supplicantes tibi exau
di pirinius sancte spiritus Sine quo preces omnes casse arbitrantur
et indigne dei auribus Tu qui omnium cordium sanctos Tu in
numinis domusti instinctu amplectendo spiritus Ipse hodie apostolis
pit Doctrinis munere instructis et cunctis in audito seculis nec
dum gloriosum fecisti Item alia Sequentia de eodem festo.

Veni sancte spiritus et emitte celitus lucis tue radium Veni
pater pauperum veni dator munerum veni lumen cordium Con
solator optime dulcis hospes animae dulce refrigerium In labore
requies in estu temperies in fletu solacium O lux beatissima re
ple cordis intima tuorum fidelium Sine tuo numine nihil
est in homine nihil est innocuum Lava quod est sordidum
riga quod est aridum rege quod est devium Flecte quod est
rigidum fove quod est frigidum Lava quod est sordidum Da tu
is fidelibus in te confidentibus sacrum septenarium Da virtutis
meritum da salutis exitum da perhenne gaudium Sin tohane le

In illo tempore Dixit dominus iesus discipulis suis Si
quis diligit me sermonem meum servabit Et pa
ter meus diliget eum et ad eum veniemus et mansionem
apud eum faciemus Qui non diligit me sermo
nes meos non servat Et sermonem quem audistis
non est meus sed eius qui misit me patris Hec lo
quutus sum vobis apud vos manens Paracletus
autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo
ille vos docebit omnia et suggeret vobis omnia
quecumque dixero Pacem relinquo vobis pacem meam
do vobis Non quomodo mundus dat ego